



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendiolvm Vitæ Admirabilis Et Pretiosæ Mortis B.
Rosæ De S. Maria Limensis Peruanæ, Tertii Ordinis S. P.
Dominici à S. D. N. Clemente IX. Beatis Annumeratæ**

González de Acuña, Antonio

Augustæ Vindellicorum, 1668

In Honorem & Laudem Beatæ Rosæ Ordinis S. P. Dominici Tertii Ordinis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-44063

In Honorem & Laudem
BEATÆ ROSÆ
ORDINIS S. P. DOMINICI
TERTII ORDINIS

Beatificatæ à Sanctiss. Domino Nostro

CLEMENTE IX.
PONTIFICE MAXIMO

Quem Deus Summus, Optimus, & Potentissimus, longavè tueatur, & clementissimè conserveat.

R O S A.

Ex Ethymo, rore cœli fata dicitur. (a)

(a) *Secundum Nostrum Eximium Magistr. P.F. Bernard. Luxemburgensem Serm. 1. de Rosario olim Theol. Profess. Colonia.*

DUm ros, *Te Cœli*, benè dixero, gratia Christi,
Tam magnam fecit, *Virgo, Beata, Rosa*, es.
Hoc benè perpendens, *Clemens nunc Papa* gubernans
Nonus; proclamat, *Virgo, Beata, Rosa*, es.

Monodisticha.

Alludentia ad Rosam naturalem, & Beatificatã.

- T**erra rosas profert, cunctos, sed sydera, flores;
Hos inter flores; nunc *Rosa nostra* viret.
- Q**uem *Rosa* Virgineo vidisti lumine Sponsum,
Æternum cernis, *lumen*, adesse tibi,

3. Fert

3. Fert Rosa nunc spinas, sine spinis condita quondā, (b)
 Nostra caret spinis, jure, *Beata Rosa* est,
 4. Non semper flores fragrant, nec lilia spirant;
 Fragrat at æternum, dicta, *Beata Rosa*.
 5. Est DEVS ipse *Rosa* (c) est flos selectissimus, Orbis
 Hinc sibi dilectas quarit habere Rosas.

(b) *Sententia SS. PP. Ambrosii & Basilii in suo Hexam, ante lapsum Adami rosam fuisse sine spinis.*

Super hoc distichum Amice Lector brevem, accipe glossam.

(c) Cant. 2, cap. V. 1. sic ait Scriptura. *Ego flos campi, & lilium convallium.* Alia litera legit, *Ego sum Rosa Saron.* Hoc est prout glossa Francisci Vatabli habet *Rosa saturitatis.* Solus Deus satiare potest, Summum enim & omne bonum est. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Psal. 102. V. 5. Et antecedenter dixerat Sanctus Rex, & Magnus Propheta David. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Psal. 16. V. 17. Ob hoc dicitur DEVS Hebræis, *Sadai*, id est *satians*, plenissime.

Ergo

BEATA ROSA ora pro nobis, ut de Labyrintho, Spinis, & Spinetis, immundi mundi, ad Roseta Cœli & Paradisum tui dilectissimam Sponsi JESU CHRISTI perveniamus, & illo æternum fruamur. Amen.

Collegii Soc. IESU Paderbornæ
 P. M. F. A. B. O. P.

FINIS.